Index Codicum Latinorum Classicorum.
1903.

Cover

STUDI ITALIANI

DI

FILOLOGIA CLASSICA

VOLUME UNDECIMO.

FIRENZE
BERNARDO SEEBER
LIBRAIO-EDITORE
20, Via Tornabuoni, 20

1903

STUDI ITALIANI

DI

FILOLOGIA CLASSICA

VOLUME UNDECIMO.

FIRENZE
BERNARDO SEEBER
LIBRAIO-EDITORE
20, Via Tornabuoni, 20

1903

Firenze-Roma — Tip. di Giuseppe Bencini, 1908.

0

INDEX CODICVM LATINORVM CLASSICORVM

QVI SENIS IN BYBLIOTHECA PVBLICA ADSERVANTVR

COMPOSVIT

NICOLAVS TERZAGHI

Cum superiore aestate Senis essem atque permultos vidissem codices manu scriptos in Bybliotheca Publica adservari, me gratam omnibus viris doctis rem facturum speravi si indicem codicum latinorum classicorum, quos ibi repperissem, ederem. Atque enim, quamquam duo sunt indices, quos alterum impressum, alterum manu scriptum Laurentius Ilari olim librorum, ut appellabatur, custos conscripsit, hi tamen haud magnam prae se ferunt utilitatem. Nam cum persaepe auctoribus latinis opera tribuuntur quae indoctissimus quisque monachulus in Italia renascentibus litteris bonisque artibus vivens se scripsisse negaret, vel aetates codicum falso statuuntur, vel denique codices ipsi perperam describuntur, tum nominum rerumque indices omnino desunt, ut opera latina in codicibus legere cupientibus toti Ilariani libri, quod maximum affert incommodum, pervolutandi sint. Horum vero indicum supplementum, a Dre. Fortunato Donati summa cum diligentia conscriptum, multo est melius, sed codices tantum comprehendit quos in Bybliothecam post Laurentium Ilari mortuum illati sunt. His omnibus rebus inductus, venia rite impetrata, opus suscepi atque curavi ut index meus, quam maxime possem, absolutus evaderet, qua in re magnopere me F. Donati adiuvit, cuius in me benevolentiae et humanitati nunquam pares gratias agam. Neque silentio Henricum Rostagno praeteream cuius consiliis nisus et nonnullorum operum,

quibus in codd. nullus titulus adiectus erat, auctores reperire, et aliorum, ut dicunt, apographa in codd. Laurentianis conferre potui: huic quoque viro doctissimo libenter maximas gratias publice ago.

Codicum autem graecorum, qui haud multi in Bybliotheca publica Senensi adservantur, rationem non habui, cum mihi compertum esset eorum indicem iam H. Vitelli confecisse.

Dabam Florentiae pr. Non. Mai. a. MCMIII.

N. TERZAGHI.

I.

Codices qui in indicibus Ilarianis exstant.

1 (K V 1).
⟨P. Vergili Maronis Aeneis⟩.

Chart., mm. 290 × 210, **a. 1459** scriptus a fr. Iohanne Laurenti (f. 218^v); constat ff. 218; III primi ll. ceterique passim multis diversae scripturae adnotationibus instructi sunt. Singulos ll. praecedit argum. hexam. versibus conscriptum, et post arg. l. I epigr. habes ' Ille ego qui quondam ' cet. Litterae initiales arg., epigr., l. I 1, colore rubro et viridi depictae sunt, litterae autem init. ll. II-IX, argumentorum et passim aliquorum versuum aliis coloribus exarandae desiderantur. F. 1^r breve argum. reperimus, quod quaedam exempla verbi ' docere ' cum duobus accusat. casibus secuntur ab indocto homine saec. XVIII scripta, cuius nomen est ' fr. paaulus ⟨sic⟩ de carpo '. F. 218^r nomen est exaratum alius cod. possessoris ' Ego Alexander Cinus '. In f. 218^{r-v} nomina aliorum lectorum inscripta reperimus ' fr. Antonius ' et ' fr. Iulianus '.

2 (K V 2).
1^r ⟨P. Vergili Maronis Aeneis⟩ 176^v ' Publij Virgilij Maronis bucolicorum ' (h. e. E. I et II 1-31).

Membr., mm. 265 × 193, **saec. XV**, constat ff. 178. In II membr. ante f. 1 quaedam italica lingua saec. XVI et XVII exarata sunt nec non multa hominum fam. Venturini nomina, quorum alia ff. 179 sq., sc. in foliis ad codicis custodiam adhibitis, reperimus. F. 1^r legimus ' Questo libro si è di me uenturino di francesco uenturini ' cui scripturae frg. bucol. plane congruit quanquam est paulo diverso atramento scriptum. F. 1^r epigr. inscriptum est ' Ille ego ' eqs. Passim inter lineas et in mg. paulo recentiores adnotationes exstant.

3 (K V 3).

1r ⟨P. Ovidi Nas. Ars Am.⟩ l. I 107-III 41r Anonymi (s. nom. ' Ouidij Nasonis ') ' de moribus et uita hominum ' (inc. ' Moribus et uita quisquis uult esse facetus ' — des. ' Armigena doctus uate facetus erit ').

Chart., mm. 214 × 158, **saec. XIV,** constat ff. 50; praeter lacunam in l. I desunt III 603-654, cum charta inter ff. 37-38 desideretur. Permultae reperiuntur adnotationes.

4 (K V 4).

1r Iuvenalis vita (tit. rec. inc. ' Iuuenalis aquinas de aquino oppido oriundus ' — des. ' uelit que uexatus '; eadem vita exstat partim in cod. Laur. XXXIV 24 f. 2r, cf. Bandini CL II 153) 2r ' Iacobus de burgis de florentia dum Rex ladislaus castra morabatur circa Cortonum et Aretium ' (inc. ' Non rex sed potius princeps dicende latronum ' — des. f. 2v ' Et tantum confessis vitam dat fine carentem ') 2v ' Iouannes de gallesio ad magistrum de uiterbio ' (inc. ' Rem tibi condignam uestrique fauoris egentem ' — des. f. 3r ' Perpetuo et cithera murum [corr. ·/. templum] stabilire sonora ') 4r Dec. Iun. Iuvenalis satirae in V ll. digestae 86r ⟨A. Persi Flacci satirae⟩.

Chart., mm. 294 × 215, **saec. XV,** constat ff. 102 quorum 3v, 61v, 84 s. vacua, adnotationibus et cod. scriptoris et aliorum maxime praeditus. Ex Monasterio Montis Oliveti Maioris. Fuit D. Ludovici de Interamna.

5 (K V 5).

1r ⟨Dec. Iun. Iuven. sat.⟩ sicut in cod. sup. divisae 81v ⟨A. Persi Flacci sat.⟩.

Membr., mm. 237 × 159, **saec. XV,** constat ff. 95; f. 1r litteram habemus D rub. exaratam fortasse ex D[ec.] praen. Iuvenalis. F. 95v legimus: ' Aspice tyreno (corr. thyrr.) curuatam in gurgite molem Hospes et huc fesse lintea uerte ratis Ne metuas torce flatus austrumque furentem Cerula (corr. cae.) tranquillo clauditur unda sinu. Rex pius horrificas pelagi compescuit iras Fluctibus in mediis surgere claustra iubens Plaudite ferrando seruati a turbine nante. Perstet et aeternum dicite regis opus. Hieronimus (corr. -ny-) '. Quod nomen estne cod. scriptoris, an possessoris, an denique horum qui praecedunt versuum auctoris? Alt. cust. deest.

6 (K V 6).

1ʳ Dec. Iun. Iuven. sat. in IV libros divisae 75ʳ A. Persi Flacci sat. (nomen f. 96ʳ habemus).

Chart., mm. 214 × 143, **saec. XV**, constat ff. 96 quorum 74, 96ᵛ vacua; custodiae, quarum altera frg. quoddam gothica quam dicunt scriptura exaratum continuisse videtur, membr. sunt; paulo recentior scriba Persi satiras exaravit; haud infrequentia scholia passim reperiuntur.

7 (K V 7).

1ʳ Vita Persi Flacci, prologus in eius satiras, et epigr. ' Incipit obscurus ' etc. sicut in codd. Laur. XXXIII 31 f. 4ʳ et XXXVII 19 f. 1, cf. Bandini CL II 124 sq. et 255 1ᵛ epigr. ' Persius a priscis ' etc., cf. cod. Laur. XXXVII 19 f. 2ʳ 2ʳ A. Persi Flacci satirae (sat. I 1-32 desiderantur).

Membr., mm. 240 × 167, **saec. XV**, constat ff. 15 quorum ultimum vacuum. Recentioris lectoris adnotat. passim inter lineas reperiuntur; cust. rec. sunt chart.

8 (K V 8).

1ʳ ' Marianus Sozinus Bartolomeo suo pluriam (h. e. -rim-) dicit salutem ' (inc. ' Frequenter hortatus es ' — des. ' haec sunt quae sentio de forma ac scribendi rititudine [h. e. rec-]. Vale ἔρρωσω [sic] '; est epistula de pulchra scribendi ratione) 5ʳ ⟨M. Annaei Lucani Phars.⟩ praec. epigr. Anth. lat. Riese 668, 1-4.

Chart., mm, 292 × 217, **a. 1440** a ' Melchiore iacobi andree de radicondulo ' scriptus (f. 128ᵛ); constat ff. 133, quorum 1ᵛ-4ᵛ, 129 ss. vacua. F. 128ᵛ hi versus scripti suut ' Non tam externis gladiis non complice dextra. Magne tibi capitis exsoluit debita cesar. Roma caput mundi quam te priuauerat ille. Dignius hunc laniet satiatque cruore penates '. Cf. Phars. VII 835 ss. Adnotationes haud rarae et cod. scriptoris et aliorum reperiuntur.

9 (K V 9).

⟨M. Ann. Luc. Phars.⟩ praec. epigr. Ant. l. Riese 668, 1-4.

Chart., mm. 285 × 204, **saec. XVIII**, constat ff. 197, adnotationibus maxime praeditus.

10 (K V 10).

1^r ⟨Argum. in Senec. trag.⟩ hexam. vv. conscriptum et multis adnot. instructum 1^v ⟨Cantus Alex. Magni sui poenitentis⟩ (inc. ' [S]i ego qui totum mundum certamine uici ' — des. ' Qui sim uel qualis lector et ipse uides '; constat vv. 30, quorum 1-20 etiam in cod. Laur. XII 27 f. 64^v habes) 2^r L. Ann. Sen. trag. (desunt Oed. 1-287, Hippol. et Argum. initiumque trag. quae Medea inscribitur, f. 102 abscisso ut initialis littera illuminata auferretur) 206^r frg. de officiis Minos Aeaci et Rhadamantis mortuos homines iudicantium, nec non versiculi quidam de ventis 206^v Anonymi de vi numeri IV 207^v frg. de diversis anni temporibus, de longitudine dierum et de diebus festis, ab anon. scriptore italice exaratum.

Membr., mm. 286 × 200. **a. 1378** a ' Marcho Iohannis de bonancijs de barbiano filio ' scriptus (cf. f. 205^v); constat ff. 207 quorum 207^r vacuum; f. 192bis numeratur; ff. 1^v et 206 s. scriptura quam dicunt gothica ab alio et vetustiore librario sunt exarata quam reliqua.

11 (K V 11).

⟨L. Ann. Senec. Trag.⟩. Singulis tragoediis, praeter primam (Herc. fur.), argumentum pedestri oratione scriptum praefixum est.

Chart., mm. 295 × 216, saec. **XV**, constat ff. 229, quorum 61^r, 151^v, 152^r, 168^v, 169^r, 229^v vacua; secuntur II ff. et custodia quae et ipsa vacua sunt.

12 (K V 12).

L. Ann. Senec. Trag.

Chart., mm. 290 × 220, **saec. XV**, constat ff. 156; passim scholia a multis lectoribus sunt exarata. Singulis scaenis brevia rubro atram. scripta argum. praeponuntur. Custodias habet duplices membr. et chart. Fuit Collegi Seminari Soletani Senensis.

13 (K V 13).

1^r ⟨P. Terenti Afri Com.⟩ 92^v Terenti vita et eius com. argum. sicut in codd. Laur. XXXVIII 18 et 26 (Band. CL III 268. 274 ubi pars prior P. Orosio, altera Fr. Petrarchae

tribuitur), cf. Dziatzko in *Jahrbb. für klass. Phil.* 1894, 465 ss. 96r C. Iul. Caesaris de B. Gall. I-VIII 4 usque ad v. ' ipse fere recipit die ', ed. Dinter min. 171.

Chart., mm. 297 × 220, **saec. XV,** constat ff. 136; a compluribus scribis exaratus et Senas ex Monasterio Montis Oliveti Maioris translatus est.

14 (K V 14).
3r (f. 1 s. desiderantur) ⟨Anonymus de dignitatibus in rep. Rom.⟩ (inc. ' Senatus erat consilium seu collegium ' — des. f. 4r ' facto per eum elettione ab offitio cassus erat ') 5r ⟨T. Livi a. u. c. I-X⟩.

Chart., mm. 296 × 220, **saec. XV,** constat ff. 235, sicut cod. superior et inseqnens a compluribus scribis exaratus, ex Mon. Montis Oliveti Marioris Senas translatus est: non desunt passim in mg. et inter lineas adnotationes. Fuit d. Ludovici de Interamna.

15 (K V 15).
221r (ubi initium est; codex enim cum custodiam obtinuit gravissime perturbatus est) ⟨T. Livi a. u. c. XXI-XXX⟩ (desideratur una charta l. XXI 1-4 usque ad v. ' modus finitus: vigiliarum ' continens) 209r Anon. epit. T. Livi a. u. c. XXI-XXX.

Chart., mm. 281 × 220, **saec. XV,** constat. ff. 237, quorum 208, 217v, 236v, 237 vacua; adnotationes passim usque ad f. 142v reperimus; cf. cod. 14.

16 (K V 16).
⟨Iustini histor. ex Trogo Pompeio ll. XLIV⟩.

Membr., mm. 277 × 196, **a. 1432** a B. Sachela (cf. f. 80r) scriptus; constat ff. 80; recens lector saec. XVI in mg. adnotationes varias adscripsit.

17 (K V 17).
Iustini histor. ex Trogo Pompeio ll. XLIV.

Membr., mm. 257 × 171, **saec. XV,** constat ff. 154; altera cust. desideratur. In I cust. f. legimus ' 1768 dono dedit. Bibl. Acad. Senens. Caspar. M.a Forlani Phil. et Med. Doctor '.

18 (K V 18).
1r ⟨Macrobi Aur. Theod. Saturn.⟩ 91r ⟨M. Tulli Ciceronis Somn. Scip.⟩ 93v ⟨Macrobi comm. in Somn. Scip.⟩.

Membr., mm. 287 × 200, **saec. XV**, constat ff. 147 quorum 26r vacuum: omnia quae graece Macrobius scripsit desiderantur; ll. V et VI in unum coacti sunt; adnotationes variorum in mg. reperiuntur.

19 (K VI 46).
1r Pseudo Plini de vir. illustr. 39r Iohannis Aurispae Alexandri Hannibalis et Scipionis comparatio ex Luciano et Libanio ⟨sic⟩ (cf. Luc. d. mort. 12, ed. Jacobitz min. I 156 ss., et codd. Laur. Gadd. XC 52 f. 42r, 55 f. 145v, Band. CL III 630. 653).

Membr., mm. 217 × 146, **saec. XV**, constat ff. 44 quorum 38v vacuum; cf. Piccolomini, de codd. Pii II et Pii III, Senis 1900, Bull. Sen. di st. patria VI 3 p. 491.

20 (K VII 3).
⟨f. I-IV⟩ In D. Hieronymi de vir. illustr. lib. tabula 1r D. Hieron. de vir. illustr. 43r Gennadi de vir. ill. 69v Isidori de vir. illustr. 119r I. B. Guarini ad Iacobum Lavagnolum de Plutarchi vir. ill. epist. 120r Plutarchi de vir. illustr. lib. in lat. serm. a I. B. Guarino versus (inc. ' Complures sunt qui uetustissimas ' — des. f. 134v ' Vt Aristides tertio rerum italicarum scriptum reliquit '; cf. cod. Laur. Gadd. LXXXIV 16 f. 57v, Band. III 248).

Chart., mm. 215 × 140, **saec. XV**, constat ff. IV + 134 quorum 86v vacuum. Ex Monasterio Montis Oliveti.

21 (K VI 47).
1r ⟨Fr. Petrarchae de vir. illustr.⟩ (post f. 12 est lacuna quaedam gravissima; scriptus cod. est usque ad v. ' opportunum expectabat. Romanis ' cf. ed. Rezzolini p. 88; ff. 13-30 vacua sunt et recentius addita; quae secuntur sunt vitae Q. Fab. Max. ' [con]uenerat salute. Ego te inquit dictator ', ib. p. 188, quae vita praecedit narrationes de M. Claudio Marcello, Claudio Nerone, Liv. Salinatore) 205r (tit. cf.

f. 278^{v}) Lombardi Sirichi (' a Serico ' in cod.) ad Petr. lib. de vir. ill. supplem. (cf. ed. Petr. Basil. 1526, I 502 sqq.) 287^{r} ⟨Luci Annaei Flori rer. Roman. epit.⟩ ll. I-II 30. 31 usqua ad v. ' uiolentiam barbarorum lictorijs virgis ', ed. Rossbach 175. 11.

Chart., mm. 283 × 217, maxima ex parte a Matthaeo Vannoli Filippicti **a. 1415** scriptus, constat ff. 322, quorum 13-30, 279-287 et 322, quod custodia est, vacua. Ex Monasterio Montis Oliveti.

22 (K X 32).

1^{r} C. Crispi Sallusti de Cat. con. 30^{r} C. Crispi Sall. de B. Iugurthino.

Membr., mm. 207 × 145, **saec. XV,** constat ff. II vacuis + 80; rarae sunt in mg. adnotationes, singulis capitibus praeponuntur brevia argum. rubro atr. scripta. In I cust. legimus ' A di 18 xbre 1765 Regalato dal Padre Straticò Professore di S. Scrittura nell' Università di Siena ' et ' Ex libris Gregorii Stratico '.

23 (K X 33).

1^{r} C. Crispi Sallusti de Cat. con. (tit. cf. f. 31^{v}) 33^{r} Luci Colucci Pieri Salutati conquestio Phillidis (cf. cod. Laur. XXXVIII 9 f. 21^{v}, XC inf. 13 f. 49^{r}, XCI sup. 4 f. 14^{r}, 49 f. 62^{r} mutil.).

Chart., mm. 199 × 141, **saec. XV,** constat ff. 39 quorum 32. 39 vacua, non desunt in mg. complures adnotationes.

24 (L III 6).

C. Plini Secundi Naturalis historia.

Chart., mm. 427 × 285, **saec. XV,** constat ff. IV vacuis + 430 quorum 20^{v} vacuum + 1 vacuo praeter custodias. F. 430^{r} legimus vitam Plini ' ex catalogo illustrium Tranquilli ' (inc. ' Plinius Secundus Nouocomensis ' des. f. 430^{v} ' totius operis et species continet titulorum ' quam hi versus secuntur ' Plinius historicus cognomine; sumque secundus Qui totum quod terra capit caelumque perambit Strinxi ter denis lepide septemque libellis In quibus et duo sunt viginti milia digna ', cf. partim Suet. opp. ed. Roth p. 300, 29 sqq.; haec omnia exstant in cod. Laur. LXXXII 1 f. 2ra. Divisio capitum est alia quam in edd.; des. l. XXXVI (XXXVII) 76. 13 in v. ' perueniat desinens nitor '.

25 (L III 7).
C. Plini Secundi Naturalis historiae ll. I-XVII (XVIII) 24. 200. Mayhoff III 198. 17 usque ad v. ' sere[ne]tur cum luna esset in ariete ge[minis] '. Praecedunt III arg. quorum primum idem est ac quod in cod. sup. f. 430 legimus.

Membr., mm. 400 × 280, **saec. XV**, ff. 250.

26 (L IV 15).
Iuli Firmici Materni matheseos ll. VIII.

Chart., mm. 295 × 208, **saec. XV ex.** vel **XVI in.**, ff. 185; ex bybliotheca ' G. Ciaccheri '.

27 (L V 26).
Sex. Iuli Frontini de aquaed. urbis Romae (in II ll. quorum alter f. 11^{v} incipit = § 64).

Chart., mm. 287 × 204, **saec. XV ex** vel **XVI in.**, ff. 26; prima custodia desideratur.

28 (L VI 25).
1^{r} C. Iuli Hygini poeticum astronomicon (l. I et II in unum fusi sunt, f. 33^{v} l. II h. e. III incipit) 63^{r} ⟨Anon. de temporibus quibus XII zodiaci signa apparent⟩ (inc. ' Aries a medio Martij usque ad medium Aprilis ' — des. ' Pisces a medio februarij usque ad medium Martij ': sequitur tabula anni tempora ex sideribus demonstrans) 63^{v} ⟨Anon. de stellis sideribus astris deque eorum cursibus⟩ (Videtur esse comm. in Hyg. Inc. ' Stellae a stando dictae ' — des. f. 65^{v} ' aethereum ignem secum trahit qui tra . . . .').

Chart., mm. 198 × 150, **a. 1475** a Iohanne Petro Constantino scriptus (f. 62^{v}) constat ff. 72 (quorum 66 s. desiderantur, 68 ss. vacua) + VIII tabulam seu indicem in Hyg. continentibus.

29 (L VI 26).
2^{r} Frg. ex Arati phaenomenis (praecedit vita Ar. quae inc. ' Aratus quidem Athenodori patris ' — des. f. 2^{v} ' reperimus autem illum et super. . . . ', cf. Cod. Laur. LXXXIX sup. 43 f. 1^{r}) 51^{v} Frg. Arati in lat. serm. a Cicerone

conversum, Müller Cic. opp. IV³ p. 367 ss., v. 235-724, Baehrens PLM I 7 ss. v. 1-471.

Chart., mm. 199 × 151, **saec. XV**, ff. 61 quorum 1 prima custodia fungitur, ubi stemma fam. Venturini est depictum. Fuit pars amplioris codicis, cuius exstat folior. numeratio, h. e. 73-132 = 2-61.

30 (L IX 25).
M. Porci Catonis de agri cultura (usque ad § 146 in v. ' preconium presens SS. L. et oleum ' Keil 73, 18).

Membr., mm. 173 × 126, **saec. XV**, ff. 32.

31 (X V 4).
I-II ⟨Sententiae morales ex operibus Lactanti excerptae⟩
1ʳ Hieronymi testimonia de Lact. (I, ep. 13 ad Paul. ' Lactancius quasi quidam fluvius — aliena destruxit '; II, ep. 83 ad Magnum ' Lactantium propter eruditionem — Ciceronis excerptum reperies ', III, de script. eccl. ' Firmianus qui et Lactantius — a patre interfectus est ')
2ʳ L. Cael. Firm. Lactanti de falsa relig. 162ᵛ de ira divina 179ʳ de opificio mundi 194ʳ Epitomes cc. 56 ss. (inc. ' Nam si iusticia est veri dei cultus ').

Membr., mm. 343 × 242, **saec. XV**, a Petro de Middelburchi (f. 202ʳ) scriptus; constat ff. II + 202, habet binas custodias membr. et chart.

32 (F V 13).
Thasci Caecili Cypriani epistulae et, praeter opusculum cui titulus est ' de idol. vanitate ', opuscula.

Membr., mm. 300 × 207, **saec. XV**, ff. IV (quorum I continet indices, II ss. vacua) + 221, custodiae sunt chart.; haud rarae inveniuntur in mg. adnotationes.

33 (F V 14).
⟨Thasci Caecili Cypriani epp. et opuscula⟩ sicut in cod. sup. sed paulo diverso ordine.

Membr., mm. 297 × 217, **saec. XV ex.** vel **XVI in.**, ff. 109, custodiae sunt chart. Fuit Coenobi de Observantia.

34 (H VI 11)

M. Tulli Ciceronis oratt. 38, h. e. I f. 1^r de imp. Cn. Pomp., II f. 11^r pro T. Ann. Mil., III f. 27^r pro Cn. Plancio, IV f. 44^v pro P. Corn. Sulla, V f. 58^r pro M. Marcello, VI f. 62^r pro Ligario, VII f. 67^r pro rege Deiot., VIII f. 73^r pro Archia poeta, IX f. 78^r ad eq. Rom. pr. quam iret in ex. (ex Cic. Scripta supp., Müller IV^3 425 ss.), X f. 82^r post red. ad Sen., XI f. 88^v post red. ad pop., XII f. 92^v pro Sex. Rosc. Am., XIII f. 112^v pro L. Murena, XIV f. 129^r pro P. Quinctio, XV f. 142^v pro L. Flacco, XVI f. 157^r pro P. Sextio, XVII f. 170^r de har. resp, XVIII f. 179^r pro M. Caelio, XIX f. 192^v pro L. Corn. Balbo, XX f. 202^v pro Au. Cluentio Habito, XXI f. 229^v pro A. Caecina, XXII f. 243^v de prov. cons., XXIII f. 250^r pro domo sua, XXIV f. 270^r in Vatin., XXV f. 274^r in L. Calp. Pis., XXVI f. 289^r XXVII f. 297^v, XXVIII f. 307^v de lege agr. III, XXIX f. 309^v pro C. Rabirio Post., XXX f. 314^v pro C. Rabirio perd., XXXI f. 320^r pro Roscio com., XXXII f. 326^r sub nom. M. Porci Latronis in Catil. (ed. Sallusti Bodon. 1799 II 146 ss.), XXXIII f. 335^v C. Crispi Sall. in Cicer. (Cic. opp. Müller IV^3 414), XXXIV in Crispum Sall. (Müller ib. 418), XXXV-XXXVIII f. 339 ss. in Catilinam orr. I-IV.

Membr., mm. 343 × 242, **saec. XV**, ff. 355, sed post f. 202 membrana quaedam nullum numerum obtinet, f. 319^v, quo loco in or. Pro Roscio com. gravis inest lacuna, vacuum est; post f. 355 secuntur IV membr. vacuae praeter cust. alteram.

35 (H VI 12).

M. Tulli Ciceronis orationes 8, h. e. I f. 1^r pro C. Rabirio Post., II f. 8^v pro C. Rabirio perd. (desiderantur cc. VIII-IX 26 usque ad v. ' fraudem capitalem admisit ', Müller II^2 243. 17), III f. 15^v pro Roscio com., IV f. 21^r pro A. Caecina, V-VII f. 41^r, 45^v, 66^v de lege agr. I-III (or. III extat usque ad c. II 7 in v. ' nimium uehemens tr. pl. Syllam rescidit ', Müller II^2 229. 29), VIII f. 68^v in Pisonem (inde a c. II 4 ' convulsuri viderentur ', Müller II^3 164. 10).

Membr., mm. 312 × 214, **saec. XV**, ff. 90 quorum 14^v, 15^r, 20^v, quae folia cum lacunis orationum pro Rab. perd. et pro Rosc. com. plane consentiunt, nec non 40, vacua; custodias habet chart.

36 (H VI 13).

M. Tulli Ciceronis orationes 23, h. e. I f. 1^r pro Archia poeta, II f. 6^v pro Caecina, III f. 19^v, IV f. 23^r, V f. 36^r de lege agr. I-III, VI f. 38^r in Pisonem, VII f. 52^r pro C. Rabirio Post., VIII f. 55^r pro C. Rabirio perd., IX f. 39^r ⟨pro Roscio com.⟩, X f. 69^r pro Cluentio Habito (inde a c. XXI, ex v. ' patronus adhibetur. Citatur reus ' Müller II^2 121. 35), XI f. 81^r pro Quinctio, XII f. 90^r pro Flacco, XIII f. 98^r ad Quirites post red., XIV f. 100^v ad Sen. post red., XV f. 104^r de petit. cons., XVI f. 108^r pro domo sua, XVII f. 124^v pro Sextio, XVIII f. 131^v pro M. Caelio, XIX f. 140^v de har. resp. (oratio pro Caelio sequitur f. 141 s. c. XXIX 70, Müller II^3 110. 13 ex v. ' de ui queritis que lex '), XX f. 152^r de prov. consul., XXI f. 158^r in Vatinium (desunt ultima verba ' dixerisne — debuisse ' Müller II^3 81. 28 s.), XXII f. 160^v pro L. Corn. Balbo, XXIII f. 170^r frg. ex fine orat. pro r. Deioth., ex v. ' uteretur. potest multo facilius ' = XIII 36, Müller II^3 356. 24 quod sequitur f. 170^v-171^r eiusdem orat. comp. F. 172^v italicum carmen quod sonetto vocatur, saec. XVII ' Non perch' il vento volga e l'aria bagni '.

Chart., mm. 294 × 218, **saec. XV,** ff. 171 quorum 65-68, lacunarum causâ que in oratt. pro Roscio com. et Cluentio Hab. insunt, nec non f. 107^v et 142^r vacua. Ex Monasterio Montis Oliveti Maioris.

37 (H VI 14).

I Excerpta ex Cic. de nat. deor. l. I et II I^r ⟨Anon. de quibusdam Cic. orationibus⟩ (inc. ' Magna res est eloquentia ' — des. f. 60^r ' Miseremini familie iudices, miseremini fortissimi patres, miseremini filii. etc. [cf. ultima verba or. pro Murena] hic est color repetitio ') 61^r M. Tulli Ciceronis de finibus 135^r eiusdem or. Phil. XII frg. (inde a c. XI 26, Müller II^3 531. 32 ' Num idem in Appennini ') 135^v eiusd. Phil. XIII et f. 141^r Phil. XIV.

Chart., mm. 294 × 216, **saec. XV,** ff. III + 145 praeter rec. cust., quorum 60^v, 134, 145 vacua, a compluribus librariis exaratus. In I cust. est index omnium Cic. operum, f. I^r index operum quae in hoc volumine continentur. Fuit D. Ludovici de Interamnis (f. I^v). Ex Monasterio Montis Oliveti Maioris.

38 (H VI 15).

1^r M. Tulli Ciceronis epp. ad M. Brutnm (epp. I 1-3. 2 usque ad v. ' in rostris collocatus sum. Nihil ', Müller III^2 613 desiderantur; omnes epp. sunt in IV ll. divisae) 34^v ⟨Pseudocic.⟩ ad Octavianum, Müller III^2 654 36^r epp. ad Atticum.

Membr., mm. 334 × 234, **saec. XV**, ff. 198.

39 (H VI 16).

1^r ⟨M. Tulli Ciceronis epp. ad fam. ll. I-VII⟩ 39^r ' Senatui Vrbis florentine pro liberatione domini caroli malateste. petrus. Turcus. Magister ' (inc. ' Memini clarissimi patres ' — des. f. 40^v ' fortune seuientis erumna deiecit. $\overline{\text{AR}}$T.NO$\overset{\text{N}}{\text{M}}$IS. ⟨[QV]art. Nonis?⟩ septembris 1416 Indictione OCTAVA. Celsitudinis Vestre. Fidelis. Petrus. Turcus. ') 40^v Responsio priorum artium huic ep. (inc. ' Disertissimam Literam tuam ' — des. f. 41^r ' te impendisse iudicabimus. Datum Florentiae Sex.° Idi. Sept. M.ccccxvj ') 41^r M. Tulli Ciceronis ad Q. fr. ep. l. I 45^r ss. epp. aliquota ad fam. ' Vulgo loquebatur Antonium — filius visus est ', fam. IX 14, Att. VIII 15 a, IX 16 a, IX 7 c, IX 7 b, IX 7 a, IX 16, IX 13 a, IX 14, ' Quod me ad consuetudinem revocas — liberam totam domum diligo ', XII 10, XIII 19, XIII 22, XIV 13 a, XIV 13 b, XIV 12, Br. I 8, Att. XVI 16 d, e, f, III 5.

Membr., mm. 288 × 213, **saec. XV**, ff. 49 quorum ultimum abscissum in mg. et mutilum. In tegumento legimus ' Fratris Antonii Iohannis senensis ordinis predicatorum ' (saec. XVI). Custodiae desunt.

40 (H VI 17).

M. Tulli Ciceronis Tusc. disputationes.

Chart., 293 × 220, **saec. XV**, ff. 79 quorum 78 vacuum, 79 custodia fungitur altera. Post I cust. ff. III vacua habemus.

41 (H VI 18).

M. Tulli Ciceronis de officiis.

Chart., mm. 227 × 167, **saec. XV**, ff. 88 quorum 87 s. vacua. In I cust. legimus: ' 1776 dono dedit P. Domin. Stratico '.

42 (H VI 19).

1r M. Tulli Ciceronis de amicitia 25v Anon. huius operis compendium 28r S. Isidori iun. chronographia cum additionibus usque ad a. MCCCIV quo hic liber est scriptus.

Cod. cuius ff. 1-28, 41-42, 55-56 membr. reliqua chart. sunt, mm. 212 × 144, constat ff. 61 quorum 28v vacuum + III vacuis. Quod ad scribas attinet habemus: α) ff. 1-27 vetustiora sunt, **saec. XIII ex.**, sed β) cum ff. 9-20 iam pridem desiderarentur, denuo a rc. librario sunt exarata (cc. XI 36, Müller IV[3] 175. 17 ' progredi debeat ' — XX 71 ib. 186. 13 ' amice et cum labore '), γ) ff. 28 cett. **a. 1304** (f. 28r) sunt exarata, a librario cuius nomen f. 61v reperimus: ' Scriptum manu mei chrystopheri De aquapendente '. Haud praetereundum tamen puto nomen recentiori manu scriptum videri in ras. Usque ad f. 4v multae sunt adnot. in mg. et inter lineas. Cust. membr. frg. quoddam sacrae liturgiae continere videntur.

43 (H VI 20).

1r ⟨Ep. Leon. Bruni Coluccio Salutati dicantis librum qui sequitur⟩ 2r ⟨S. Basili Magni l. de studiis in lat. serm. conv. a L. Bruni⟩ 21r M. Tulli Ciceronis de amicitia 46r ⟨eiusd. paradoxa⟩ 56v ⟨eiusd. Somn. Scip.⟩ 62r eiusd. de imp. Cn. Pompei 82r ⟨eiusd. de senectute⟩.

Chart., mm. 202 × 138, **a. 1470**, d. 4 septembris (f. 112r) scriptus, constat ff. 112, quorum 14v-20 vacua. Ex coenobio Observantiae.

44 (H VI 21).

1r M. Tulli Ciceronis de senectute (tit. rec.) 26r ⟨P. Ovidi Nasonis ep. Sapphus ad Phaon.⟩ 30r Anon. de eodem. argum. (inc. ' Tantum omnes nobis docte tribuere puelle ' — des. f. 30v ' tentabo dulcia furta mihi. Explicit opus Saphus deductum de grecis In latinis carminibus ab ouidio nasone ' cf. ep. Ov. ed. de Vries, Lugd. Bat. 1885, p. 8 ubi vv. 1-4 adferuntur, de subscript. cf. tit. ex cod. Par. 7989 ib. p. 9) 31r Anon. ' Comentum supra quibusdam locis in catone maiore ' (inc. ' O Tite siquid ego adiuto etc. ad titum pomponium atticem scribens ' — des. f. 36v ' Aduerte igitur propositum ciceronis ').

Chart., mm. 215 × 148, ff. II vacuis + 50 quorum 37 ss. vacua. F. 26r habemus ' Bernardinus domini galgani de burgensibus senensis scripsit die ultima ianuarij compleuit M.cccc°.lxxj° ' nomen scribae totius codicis.

45 (H VI 22).

1r M. Tulli Ciceronis de off. usque ab ultimum verbum ' prose[quemur] ' 83r eiusd. Tuscul. disp. 146r eiusd. parad. 153r eiusd. de senect. 168r eiusd. Somn. Scip. 172v Col. Pieri Salutati declamatio de Lucretia (ed. Mehus, ep. Leon. Dati, Flor. 1743. 8, cf. cod. Laur. S. Crucis XXV sin. 9 f. 22r, Band. CL IV 188 s.) 174v C. Crispi Sallusti invectiva in Ciceronem ib. M. T. Ciceronis invect. in C. Crispum Sall. 175r M. Tulli Ciceronis in Cat. oratt. I-IV 173v Anon. in regem quendam anglicum qui nimio poto utebatur (inc. ' Anglorum regi subit tota scola salerni ' — des. ' Sepe parum Bibe sanus post talia Viue ').

Cod. cuius ff. 1-170, multis adnot. instructa, membr., 70-180 chart., sunt, mm. 294 × 215, **saec. XV.** Fuit D. Ludovici de Iuteramnis; ex Coenobio Montis Oliveti. Opera alia ab alio scriptore exarata sunt.

46 (H VI 23).

1r Iohann. Boccacci ep. ad Martinum de Signa (ed. Corazzini 267) 3v eiusd. eclogae XVI 34r Fr. Petrarchae ep. Sen. XV 3 (Fracassetti) 36v I. Boccacci epp. ad Maghin. de Cavalcantibus, Cor. 281, P. de Monteforti, ib. 349, Fr. Petrarcham, ib. 47, Magh. de Cavalc. ib. 296, M. de Ambrosio (in cod. -bra-) ib. 327, N. de filiis Ursi, ib. 317, N. de Montefalcone ib. 257, Iac. Pizingam ib. 189 47v Dantis Allagherii Eclogae 49r ⟨Anon. de diis gentilibus⟩ (inc. ' Caldei arbitrati sunt ' — des. f. 65r ' personarum exprimere ') 65v Col. Salutati fab. de cancro et vulpe 66v ⟨Anon. ecloga⟩ (inc. ' Quis modo philologus ' — des. ' canes venisse iuvabit ') 67r ⟨Anon. ecloga⟩ (inc. ' hem quo frater agis distenta ubera uaccas ' — des. ' sed iam summe uiam fugitiuaque cepta sequaris '; est ineptissima Verg. ecl. IX imitatio) 68v P. Ovidi Nasonis Ibis 76r Iacobi Angeli e Scarparia ep. ad Chrysoloram de Romano pontifice (inc. ' Dum desideria tua ' — des. f. 80r ' mutusque fio ') 80v ⟨Ael. Donati vita Vergili⟩ 81r Fr. Petrarchae epp. aliquot h. e. Var. 29, Sen. X 1, XVII 2, XIII 3, XVII 4 (3), fam. VIII 8, Sen. V I, var. 65, ad v. ill. III 2 (= Fam. XXIV 3), III 3 (= Fam. XXIV 4),

Sen. XV 6 105ʳ Fr. Petrarchae epitaphium ' Frigida Francisci ' etc. 105ᵛ S. Isidori de virtutibus (inc. ' Quaeso te anima ' — des. ' tardius corriguntur ') 110ᵛ Anon. orationes V (I ' Mea culpa peccaui ', II ' Da mihi domine ', III ' Domine exaudi ', IV ' Auctor omnium ', V, Dominator domine ') 112ᵛ Fr. Petrarchae ep. Sen. XV 3 115ʳ Ioh. Boccacci epp. eaedem ac f. 36ᵛ-47ʳ 124ʳ Anon. frg. poeticum (inc. '... hesperiis quondam regnauit in armis' — des. ' fortuna et uirtute uirum cultuque superno ') 125ʳ ep. civium Florentin. ad reginam Siciliae (inc. ' Serenissima gloriosissimaque regina ' — des. ' confidimus assequantur ') 126ʳ Ioh. Galeati Vicecom. Mediol. ep. ad comunitatem flor. (cf. Cod. Laur. Gadd. XC sup. 44 f. 103ʳ, Band. CL III 596 ss.) ib. huic ep. responsum cf. ib. 127ʳ Invectiva civium florent. in ducem Mediol. (inc. ' Tandem conceptum virus ' — des. f. 128ʳ ' uobis et aliis imperari ') 128ᵛ epitaph. ducis Mediol. (inc. ' Cum ducis Anguigeri ' — des. f. 129ʳ ' dies septembris terris peremit ' 129ʳ Archiep. Mediol. aliud epitaph. (inc. ' Quam faustus ' — des. ' marmore claudor ', olim Gabr. de Zamoreis et Fr. Petrarchae tributum, ed. a R. Corio, Hist. Med., Pat. 1646 p. 450) 130ʳ Bulla Gregori PP. XII ad Petrum de Luna antipapam (inc. ' Gregorius seruus seruorum dei ' — des. ' non dubitabatur. Si erg ....').

Chart., mm. 290 × 215, saec. XV, ff. 130 quorum 83ᵛ, 84, 125 vacua. Scripserunt α) scriba primus ff. 1-83, β) scriba alter f. 84 ss. F. 65ʳ legimus (saec. XVII vel XVIII) ' Petrus Antonius Clarentus ciui geminianensi ⟨sic⟩ emit hunc librum '.

47 (H VI 28).

1ʳ Leon. Aretini isagoge moralis disciplinae ad Galeoctum Ricasolanum (inc. ' Si ut uiuendi Galeocte ' — des. f. 17ʳ ' uirtutesque exerceamus ') 17ᵛ ' Canzone di miser Leonardo darezo continente lopinione dephilosophi circa felicitatem. Et e qui uno somario ditutta philosophia morale ' (inc. ' Longa questione fu già tra uecchi saggi ' — des. f. 20ᵛ ' Morale ti puoi chiamar senza mentire ') 21ʳ Leon. Aretini de re militari ad Raynaldum Albicium (inc. ' Fateor

clarissime uir ' — des. f. 40ᵛ ' finem dicendi aliquando faciamus ') 41ʳ S. Basili Magni l. de studiis in lat. serm. a L. Aretino conversus et Coluccio Salutati dicatus 52ᵛ Declamatio Colucci Salutati de Lucretia 56ʳ Ioh. Aurispae comparatio Hannibalis Alexandri et Scipionis Baptistae Romano dicata 60ᵛ Leon. Aretini orationes Homericae (cf. cod. Laur. Gadd. XC sup. 54 f. 71ᵛ et 55 f. 87ʳ Band. CL III 633. 649) 68ʳ eiusdem compendia ex orat. IV graecis (I Aeschinis ' Reminiscor Athenienses ' — ' supplices que inuenerit ', II Demas (Demosthenis?) ' Admirans uehementer ' — ' facilius diripiat ', III f. 68ᵛ Demosth. ' Apud uos uerti ' — ' ne similes simus Thebanis ' IV f. 69ʳ Demosth. ' Nihil habet rex Alexander ' — f. 70ᵛ ' consecuturus es ') 71ʳ Francisci Barbari de re uxoria ad Laur. Medicem (inc. ' Maiores nostri Laurenti ' — des. f. 143ᵛ ' tibi deditissimo proficiscitur ') 144ʳ C. Crispi Sallusti de con. Catilinae (tit. saec. XVI) 177ᵛ ⟨eiusd. bellum Iugurthinum⟩ (continet cc. I-V 5 usque ad v. ' priuatum reliquerat eodem ' = Dietsch 40. 2, sed verba ' nominis Romani ytalie ' [Dietsch V 4 p. 39. 27] usque ad finem frg. ab alio librario sunt exarata).

Membr., mm. 194 × 134, **saec. XV,** ff. 179 quorum 176ᵛ vacuum, 179 altera custodia fungitur, a V scribis exaratus, h. e. α) ff. 1-67, β) ff. 68-70, γ) ff. 71-143, δ) cett. usque ad Sall. Iug. V 4, ε) Sall. Iug. quae supersunt; est partim e libro quodam liturgico palimpsestus.

48 (H VI 33).
Cornifici Rhet. ad Herennium.

Chart., mm. 209 × 147, **saec. XV,** ff. IV + 94 quorum II s., 94 vacua. F. Iᵛ legimus ' Rhetorica Ciceronis Elburgo asan Lorenzo de museglio Tregiaia ' et ' G. Ciaccheri '. Multae sunt adnotationes in principio.

49 (H VII 6).
1ʳ ⟨Cornifici Rhet. ad Herennium⟩ inde a l. I 4. 6 ' uti uolemus a lege ' = Müller I¹ 4. 4) 48ʳ M. Tulli Ciceronis epp. aliquot, h. e. ad Br. I (desiderantur epp. 5. 16), ad Q. fr. I 3. 2. 4, II 1. 3. 2, ad Br. I 16, II 8, ad Q. fr. I 1,

ad Att. IX 16, 11 a, 6 b, ad fam. VIII 16, ad Att. VIII 11 81r [Pseudo] Plutarchi ep. ad Traianum, Bernardakis Pl. Mor. VII 183 s., c. I 82r ' Elegantissima epistula de morte Braccj de forti = Braccijs scripta per illustrem dominum dominum ducem Mediolani ad Spectabilem militem dominum feltrinum de Boiardis ' (inc. ' Pluribus undique nuntiis ' — des. f. 84v ' obnoxij lege nature ') 87r M. Tulli Ciceronis epp. ad fam. ll. I-XV 10 (desiderantur I 3-4. 10 usque ad v. ' Quid est difficile in eiusmodi ' [Müller III[1] 116] et V 20, VII 23-26, VIII, IX 4; ll. XIII et XIV haud bene distincti sunt).

Chart., mm. 305 × 220, saec. **XV**, ff. 184 quorum 26v-27, 62 s., 85 s. vacua. Ex Coenobio Montis Oliveti Maioris.

50 (H VII 7).

[Pseudo] Quintiliani decl. maiores (decl. II praecedit decl. I).

Membr., mm. 303 × 218, saec. **XV**, ff. 84. Fuit. D. Ludovici de Interamna. Ex Coenobio Montis Oliveti Maioris.

51 (H VII 41).

1r Dec. Iun. Iuvenalis satirae 58r ⟨Anon. de arte et officiis oratoris⟩ (inc. ' Oratoris officium est de his rebus ' — des. f. 64v ' expollire sed communiter ').

Chart., mm. 288 × 212, saec. **XV**, ff. 64 + III vacuis, custodiae desunt nisi quod in principio est membrana quaedam quae cust. locum obtinet. Passim reperiuntur in mg. adnotationes.

52 (H X 39).

1r Orationes III a gr. in lat. serm. a Leon. Aretino versae I Aesch. in Ctesiph., II f. 14r Demosth. pro Ctesiph., III f. 29r Demosth. Phil. VIII, praecedit ep. ad Nicol. de Niccolis quae inc. f. 28r ' Orationem illam — des. ' Suauissime Nicola . Rome . ij. KL. Ianuarias ') 33r M. Tulli Ciceronis de senectute 39r eiusd. de amicitia 47r eiusd. de part. orat. 55r Ioh. Aurispae comparatio Hannibalis, Alexandri et Scipionis.

Membr., mm. 305 × 225, saec. **XV**, ff. 56 quornm 32v vacuum, cust. sunt chartaceae.

53 (H X 40).

T. Macci Plauti comoediae VIII: Amphitruo, Asinaria, Aulularia, Captivi, Curculio, Casina, Cistellaria, Epidicus.

Membr., mm. 281 × 210, **a. 1445** ab Antonio Sarzanensi (f. 105r) scriptus, constat ff. 105.

54 (H X 42).

P. Papini Stati Silvae.

Chart., mm. 236 × 161, **saec. XV**, ff. 93 quorum 92 vacuum.

55 (H X 43).

1r P. Ovidi Nasonis vita (inc. ' Quoniam sit ait ' — des. f. 5r ' prius fuisse pes quam uestigium ') 5v P. Ov. Nas. Metamorphoses.

Chart., mm. 216 × 147, **saec. XV**, ff. 186 quorum 185 s. vacua, custodiae desunt; f. 8v post indicem in Metam. epigr. habemus ' Orba parente suo ' cett. quae sunt in veteribus editt. VI ultimi vv. Trist. I 6.

56 (H X 44).

P. Ovidi Nasonis epp. heroides (desunt I 1-39 et ultimae ep. vv. 1-12 extant).

Chart., mm. 217 × 142, **a. 1471** a Iohanne Pauli (? hoc nomen recentiore manu in rasura exaratum est, f. 72v), ff. 73; prima cust. est duplex, f. 73 exscripsit quaedam rc. librarius ex Verg. Aen. l. I initio; f. 9 et 1 partim abscissum membr. sunt.

57 (XI 65)

M. Tulli Ciceronis Tusculanae disputationes.

Membr., mm. 263 × 183, **a. 1419** (indictione XI qui certe error est cum eo anno indictio XII esset, vel potius errorem in anni numero deprehendimus quem recte legeremus si 1418 librarius scripsisset) ab ' Ambrosio ser Iacopi de Marudis de Serono ' scriptus, iussu Matthaei Simonis Philippi Leonardi de Strozzis (f. 87r); constat ff. 87, in cust. altera carmen italicum legimus cui ' sonetto ' nomen est, inc. ' Se uoi star sano obserua questa norma ' (cf. cod. Laur. XC sup. 103 f. 172r, Band. CL V 382 IX[a]) et nota temporis ' addi 21 di gugno ⟨sic⟩ 1498 '.

58 (I IX I).
1r ⟨P. Ovidi Nasonis fast. II 679-855⟩ 5r ⟨eiusd. ep. Sapphus ad Phaon.⟩ 11r ⟨P. Virgili Maronis eclogae⟩ 30r ⟨Homeri batrachom. in lat. serm. a Carolo Aretino versa⟩ (cf. cod. Laur. XXXIV 53 f. 1r, Band. CL II 179, ed. Parmis ap. Hugolettum 1492) 38r ⟨Italici Ilias latina⟩ 64r ⟨Aesopi fab. LXV lat. ab anon. redditae⟩ 92r ⟨Anon. ars grammatica partim soluta oratione partim metrice conscripta⟩ 169r ⟨Anon. Etymologicon latinum⟩.

Chart., mm. 214 × 145, saec. **XVI ex.**, ff. 205 quorum 10. 29, 37v. 63v. 88v-91, 167v-168bis vacua. In Verg. ec. I multae sunt adnotat. variis temporibus conscriptae. Fuit collegi Soletani.

59 (I IX 5).
⟨P. Vergili Maronis Aeneis⟩ (abscissis quibusdam membranis desiderantur I 1-172, 348-405, 522-696, III 1-46, 106-163, XII 39-96, 155 usque ad finem).

Membr., mm. 198 × 116, saec. **XV**, ff. 141 sed post f. 48 membrana est quae nullum obtinet numerum. Prima custodia abscissa partim partimque dilacerata plura refert nomina unde patet hunc cod. fuisse fam. Forteguerri. Cust. altera deest.

60 (I IX 6).
1r ⟨Anon. de re metrica⟩ 8r ⟨Sex. Aur. Properti eleg. ll. I. II⟩ (II 23-24 haud divisae eleg. sunt sed coniunctae) 69r ' Collecta Super Elegias Propertij Per Titum Sutrinum '.

Cart., mm. 202 × 145, saec. **XV**, ff. 119 quorum 68v vanuum. Est hic cod. fortasse a. 1480 et 1481 a quodam discipulo Titi Sutrini (cf. f. 86r et 119v) exaratum. Multae sunt adnotationes in textu, quem vocant, Properti.

61 (I IX 7).
Dec. Iuni Iuvenalis Satirae.

Membr., mm. 162 × 144, saec. **XIV ex.** vel **XV in.**, ff. 91. Fuit Francisci de Cesso (f. 1r); ante f. 2 et post f. 91 trinae sunt vacuae chartae.

62 (I IX 8).
1r M. Valeri Martialis Xenia et Apophoreta 29r ⟨Anon. poema christianum, omnino a sensus communis consuetudine abhorrens⟩ 31r M. Tulli Ciceronis epp. ad fam. II 1. 2. 4. 11. 14, V 18, VI 15. 16. 17. VII 4. 8. IX 23, XIII 25, 38, XIV 8. 9. 11. 14. 17. 19. 20. 23, XV 7, VII 18 fin., XVI 10. 13. 19. 25 40r ⟨Index epp. quarundam Ioh. Bapt. Cantalyci⟩ 56r ⟨Albi Tibulli Carmina⟩ (deest sicut in recentioribus editt. IV 15).

Membr., mm. 175 × 119, **saec. XV**, ff. 105 quorum 28v vacuum. In Mart. et Tib. permultae sunt adnotationes.

63 (I IX 9).
P. Terenti Afri comoediae.

Membr., mm. 164 × 110, **saec. XV**, ff. II + 159 + IV chart., custodiae quoque chart. sunt; haud multas reperimus passim recentiores adnotationes. Fuit ' Attilii Beringherii ' (f. 159r) et postea ' Ioh. Baptistae Guezzi ' (f. Ir). Recensoris nomen est post Phormionem (f. 159r) ' Caliopus ' non ' Caliopius ' ut semper.

II.

Codices qui in Indicis Supplemento exstant.

64 (H VII 43).
⟨Cornifici Rhet. ad Herennium⟩.

Membr., mm. 245 × 177, ff. 70, cust. sunt chart. Fuit in Bybl. de Albertis unde emptus est d. 17 Iuli 1876.

65 (H XI 67).
1r Noni Marcelli compendiosa doctrina (usque ad v. Fluere, ed. Quicherat IV 342) 70r ⟨M. Tulli Ciceronis Somn. Scip.⟩ 77r Augustini Dati epp. IV quarum prima tit. habet ' Augustinus datus Johanni petri filio s. p. d. '
87r ⟨Anon. latina ars grammatica⟩ 95v ' Plures subscriptiones literarum seu epistularum uniuscuiusque gradus uel dignitatis per dominum Leonardum Aretinum ' (inc. ' Ad

papam Sanctissimo atque beatissimo ' — des f. 99^{v} ' comuni amico carissimo ') 100^{r} Lexici latini notulae 106^{r} ⟨Guarini Veronensis carmina differentialia⟩ usque ad ' Prima brevis petis. hec. longa est ' desunt igitur 7 vv. usque ad finem 112^{r} Bart. Facci ad Ioh. Iac. Spinniam de verborum differentiis 121^{r} ⟨Anon. latina verba cognominata⟩ 132^{v} ⟨Anon. latina verba coniuncta⟩.

Chart., mm. 216 × 150, **saec. XV** (ff. 100-105 saec. XVI), ff. 137, omnia opera a singulis librariis exarata sunt, et ff. 121-132 ab Iohanne de Mendoza (f. 132^{r}). Fuit com. Manzoni Romae, cf. ind. eius Bybl. a 1894 n. 118 p. 113.

66 (K VI 61).
Scriptores historiae Augustae.

Membr., mm. 286 × 206, **saec. XV**, ff. 196; cust. sunt chart. Fuit fam. Sergardi Biringucci.

67 (H XI 63).
⟨M. Tulli Ciceronis de amicitia⟩.

Membr., mm. 171 × 117, **saec. XV**, ff. 46; custodiae duplices, membr. et chart. sunt.

68 (H XI 64).
⟨M. Tulli Ciceronis orationes 14⟩, I f. 1^{r} pro Quinctio, II f. 15^{r} pro Sex. Roscio Am., III f. 36^{r} pro A. Caecina, IV f. 52^{r} pro C. Rab. Post., V f. 58^{v} pro C. Rab. perd., VI f. 64^{r} pro Roscio com., VII f. 62^{r} pro M. Caelio, VIII f. 86^{r} pro P. Sulla, IX f. 101^{r} ad pop. pr. quam iret in ex. [Pseudoc.], X f. 105^{r} pro Cn. Plancio, XI f. 123^{r} pro L. Flacco, XII f. 138^{v} post red. ad Sen., XIII f. 145^{v} post red. ad pop., XIV f. 150^{r} pro Murena.

Membr., mm. 275 × 187, **saec. XV**, ff. 168 quorum ultimum vacuum. In I cust. legimus ' Hic liber est Iohannis Baptiste Castilionis '.

69 (K VI 66).
2^{r} P. Vergili Maronis Georgica; singulis ll. praecedunt argum. Ovidio tributa 51^{r} ⟨Q. Horati Flacci Epodon

liber⟩ 62ᵛ ⟨carm. saeculare⟩ 64ʳ ⟨Ars poetica⟩ 72ʳ ⟨Satirae⟩ 109ʳ ⟨epist. I 1, 1-84⟩.

Chart., mm. 216×149, **saec. XV**, ff. 120 quorum 58ᵛ. 108. 110ᵛ ss. vacua; scripserunt duo librarii, α) ff. 1-107ᵛ, β) cett. Multae insunt adnot. in Verg. et Hor. AP, et in f. 1ᵛ adnotatiunculae in Verg. Georg. I 1-8. Custodiae desunt. Fuit fam. Sergardi Biringucci.

70 (K VI 67).

⟨M. Tulli Ciceronis de officiis⟩ (usque ad III 29 in v. ' et fidem pertinet '. Müller IV³ 124. 15).

Chart., mm. 213×147, **saec. XV**, ff. IV vacuis + 72 quorum 69 ss. vacua ubi ultima pars totius operis exa ari posset. Fuit fam. Sergardi Biringucci.

71 (K VI 70).

1ʳ S. Hieronymi epp. 6 (Migne PL XXII = Vallarsi, Veronae 1734) h. e. 125. 6. 8. 58. 118. 117 38ʳ Anon. de officiis liberorum in parentes (ed. saec. XV una cum Basili l. de studiis, cf. codd. 43. 47; atque hanc editionem Florentiae in Bybl. Marucelliana repperi [4. A. VI. 63] inc. ' Parentum meritis ' — des. f. 40ᵛ ' coram angelis coronari ') 40ᵛ S. Hieronymi ep. 27 I-III usque ad v. ' coram omnibus argue ' 43ʳ ⟨Anon. de Beata Virgine cum sole comparata⟩ (inc. ' Erunt signa in sole ' — des. f. 44ʳ ' Soli ergo merito comparatur ') 44ᵛ ⟨Anon. latina proverbia per litteras disposita⟩ 48ʳ Nicolai Perrocti ep. ad Bart. Traianum Veronensem (inc. ' Hodie forte ' — des. ' ab hippocrate dicant ', est praefatio in Hippoc. iusiur. in lat. serm. a N. Per. versum) 48ᵛ Hippocratis iusiurandum in lat. serm. a N. Perrocto versum (inc. ' Testor Apollinem ' — des. ' omnia veniant ') 49ʳ N. Perrocti ep. ad Iac. Costantium Fanensem (inc. ' Decreui post hac ' — des. f. 51ᵛ ' ad me scribas ' 51ᵛ ' Agostinus de. pe.[nitentia?] d. vij ' (inc. ' Si quid positus ' — des. ' non in illa '; non est opusculum quod S. Augustinus de paenitentia conscripsit, cf. Migne PL, XL 1113 ss.) 52ʳ ' Epigramma ptolomei a Nicolao perotho Traductum ' (inc. ' Mortalem uitam ' —

des. v. 4 ' noto sydereos ') ib. ' aliterum ' (inc. ' Imperio quamuis ' — des. v. 4 ' perfruor ambrosia ') ib. ' Aliterum ab Lelio perocto traductum ' (inc. ' Mortales nati ' — des. v. 4 ' mente vias ') ib. ' Nicolaus Perottus Lelio perotto fratri ' ep. (inc. ' Difficilem sane ' — des. ' beneficium ') ib. id. (' Quod de me ' — des. f. 52^v ' palam faciet ') 52^v id. (inc. ' Litterae tuae ' — des. f. 53^r ' dulce decus meum ') 53^r ep. N. Perotti ad Iac. Schioppum Veronensem (inc. ' Petiit a me ' — des. ' ad me scribas ') 53^v ⟨S. Hieronymi ep. ad Eustochium de lib. expell.⟩ 63^r ⟨eiusd. ep. 14⟩ 65^r ' Hec est forma Vere confessionis per tomam de aquino ' (inc. ' Ad integritatem confessionis ' — des. f. 72^r ' Reddo me culpabilem etc. ') 73^r ⟨VII epp. anepigraphae quarum V magistri ad adulescentem, II adul. ad mag.⟩ 75^r Lactanti de resurrectione Christi 77^v 'Eneas Siluius [Piccolomini] Senensis in Epitafium Cardinalis sancti Marci ' (inc. ' Angelus hic ego ' — des. ' intemerata fides ') ib. eiusd. de contemptu mundi (inc. ' Cur me mundi ' — des. f. 78^r ' certa debita ') 78^r eiusd. puellae cantus ad amatorem (inc. ' Noctu me queris ' — des. ' gratia nulla tui est ') 78^v Car. Marsuppini de morte Leon. Aretini (cf. Carm. ill. poet. Ital. VI 267) 81^r ' Fra. petrarche de morte pauli colunde ' (ad card. Ioh. Columnam 1-241)

86^r Lactanti de phoenice 89^v Theophrasti de vitiis mulierum opusculum ab anon. in lat. serm. translatum (inc. ' Fert aureolus Theofastri ' ⟨sic⟩ — des. f. 91^v ' in celis est ') 92^r Petri de Ramponibus Bononiensis orat. ad Papam Eugenium IV (inc. ' Quamquam coram sacratissima ' — des. f. 94^r ' sanctissimi nominis '; sequitur ' Salvus conductus ' Eugeni IV ad eundem) 95^r ⟨Anon. de beneficiis Christi⟩ (inc. ' Iam dudum temerasse ' — des. f. 109^r ' in religione nepotes ') 110^r Oratio ' filij dominj Cencj ' Ad Martinum V Pp. (inc. ' Xenophon beatissime pater ' — des. f. 112^r ' vivere possimus ') 112^v ⟨Flores sententiarum e graecis et latinis scriptoribus deducti⟩ 123^r ⟨M. Tulli Ciceronis epp. ad fam.⟩ XII 19, XVI 21, IX 4, 15 126^v ⟨Anonymi⟩ ' oratio ad convitium ' (inc.

' Quamvis uiri insignes ' — des. f. 127^{v} ' exitum largiatur ') 128^{r} M. T. Ciceronis epp. ad fam. ' Etiam me tecum ' — ' ciuitatibus notandis ', VI 5. 6. VII 17. 19. 14. 15, IX 1. 12, X 1, 3, 4 140^{v} ' Littera eiusdem domini petri [sc. de Ramponibus] praefato summo pontifici qui cum esset Rector Reate promouit eum ad prothonotariatus officium in qua gratias agit ' (inc. ' Quoniam ille ' — des. f. 141^{r} ' quoad uixero ') 141^{v} ' Littera familiaritatis ' (exemplum ep. privilegia continentis a Papa quodam scriptae, inc. ' Dilecte nobis ' — des. f. 142^{r} ' Quo cum fidem etc. ') 142^{v}-143^{r}, IV ' sonetti ' italice exarata, I Magistri ' Niccolò Cieco da Firenze ' ' Pronto allofitio alaudientia humano ' cf. cod. Palat. 215 f. 275, II Colucci Salutati ' Qualunque è posto per seguire rascione ', cf. ib. f. 276, III Anon. ' O ignorante prole o turba stolta ', cf. cod. Laur. XL 43 f. 34^{r} Band. CL V 147^{8}, IV Anon. ' Al tempo che corezo dicho che '.

Chart., mm. 217 × 141, saec. XV, ff. 144 quorum 42. 64^{v}. 144 vacua, custodiae desunt, alii librarii alia opera exaraverunt. Fuit fam. Sergardi Biringucci.

72 (K X 58).

2^{r} C. Iuli Caesaris de B. Gallico (ll. I-VIII, tit. rec.) 71^{v} ⟨eiusd. de B. Civili⟩ 116^{v} ⟨A. Hirti de B. Alexandrino⟩ 131^{r} ⟨[Pseudo] Caesaris de B. Africano⟩ 148^{v} ⟨[Pseudo] Caes. de B. Hispaniensi⟩ 159^{r} Flavi Vegeti de re militari (tit. rec.).

Chart., mm. 293 × 310, saec. XV, ff. 186 quorum 1. 157 s. vacua. Totum opus Caes. est in XIV ll. divisum, cf. f. 148^{v} ' lib. xiiij de bello Hispaniensi ', h. e. BG 8 + BC 3 + BA 1 + 13 BAf. 1 + BH 1 = 14. Ex Monasterio Observantiae, fuit ' Can. M. Pieroni ' (I cust.).

73 (K XI 48).

⟨M. Tulli Ciceronis de finibus⟩.

Membr., mm. 232 × 163, saec. XV, ff. 87 + II vacuis. Prima cust. deest. Fuit. fam. Sergardi Biringucci.

III.

Codices qui in indicibus nullum locum obtinent.

74 (H V 41).
1^r Plutarchi v. M. Bruti et f. 17^r v. Ciceronis in lat. serm. conv. a Iacobo Angeli e Scarparia 41^r Ep. Leon. Aretini ad Nic. de Niccolis opera in lat. serm. conv. quae secuntur ei dicantis, h. e. f. 41^v Xenoph. Tyrannus, f. 48^r S. Basili Magni l. de studiis, f. 54^r Plat. Phaedo 81^r ⟨C. Valeri Catulli Carmina⟩, praecedit epigr. ' Ad patriam venio ' Benvenuti de Compexanis vel Campesanis, cf. Müller ed. Teubn. 1885 p. IX 110^v Caesaris Germanici epig. ' de puero in amne summerso ', Baehrens PLM IV 103 ib. ' Epytaphium Cinnij equitis romani '.

Chart., mm. 265 × 195, **saec. XV,** ff. 110 quorum 33-40, 78^v-80 vacua.

75 (H VIII 62).
P. Papini Stati Thebais, praec. f. 1^v-2^r Argum. a rec. librario exaratum.

Membr., mm. 190 × 104, **saec. XIV,** adnotationibus in mg. et inter lin. maxime praeditus. Constat ff. 127, quorum ultimum vacuum. Cust. sunt chart. Fuit Coenobio Observantiae (f. 127^v) et ' Can. M. Pieroni ' (I cust).

INDICES

A. Auctores et Opera.

B. Scriptores codicum.

C. Notae temporum in codicibus obviae.

D. Possessores codicum. Varia.

PER I 'THEOLOGVMENA ARITHMETICA'

Altra volta diedi su questi 'Studi it. di fil. class.' (vedi vol. V pp. 425-28) notizia dei Manoscritti a me noti del trattatello '*τὰ θεολογούμενα τῆς ἀριθμητικῆς*'; e dal miglior loro manoscritto, il Marc. 234 (M), diedi un saggio di correzioni sicure da portare al testo quale è nelle edizioni (Parigina 1543, Ast 1817). Avendo ora ripreso in mano quel mio lavoro, do qui nuovi saggi di ottime o notevoli lezioni del Marciano per avere occasione di pregare nuovamente gli studiosi a volermi comunicare più compiute notizie dei manoscritti di questo interessante libretto. Il saggio che ora do è tutto del capitolo *Περὶ τετράδος* Ast 16 sqq.

p. 16, 27 *ἁπλαῖς*] in M erat *ἁπλαῖς*, at ead. m. corr. *ἁπλῶς*, recte || 16, 31 *ἐπὶ τρία* || 16, 33 *ἅμα*] *σῶμα*, ita scriptum ut facillime legas *ἅμα* || 17, 6 *τῷ ποσῷ* || 17, 6 *ὑπαγομένων* || 17, 7 *τῶν μὲν ἐν* || 17, 12 *ποσοῦ μὲν κοινῇ ἀριθμ.* || 17, 15 *δ' ἐν* || 17, 24 sq. *ἀριθμητικὰ μουσικὰ γεωμετρία σφαιρικὰ* || 17, 33 *ἀρχεγονωτέρα* || 18, 11 sq. *γεωμετρία περαινούσας ὀνομάζειν ἀεί* || 18, 14 *τὸ στοιχειωδέστατον* || 18, 23 *καὶ μυρίοις ἑτέροις* || 18, 32 sq. *ἀένναον φύσεως ῥιζώματ' ἔχουσαν* || 19, 19 *δι' ὃ πρὸς*, om. *καὶ* || 20, 8 *δ' ἔτι* || 20, 18 sq. *ἀφῆς κοινῆς ὑποβ. ἁπασῶν* (cf. Theon. p. 98, 5 Hiller) || 20, 36 *κεφαλὰ* || 21, 1 *ψυχᾶς* || 21, 20 *τετράκις γὰρ λέγει· ἐπὶ μὲν τοῦ ζ.* || 21, 26 *τοῖς τέτρ.* || 21, 29 sq. *πρ. μὲν γὰρ ἐν συνθέτῳ μονάδι ἡ αὐτὴ μονὰς* || 22, 4 *ἓν καὶ δύο* || 22, 11 *δευτέρῳ δούμενοι* (cf. Iambl. in Nic. Arithm. introd. p. 88, 24 sqq. 103, 18 sqq. Pist.) || 22, 12 *παλινῳ δούμενοι* || 22, 21 *γεγενῆσθαι* || 23, 1 *ὃς καὶ Ἱπποτάδης*.

E. Pistelli.

10. 6. '904

STUDI ITALIANI DI FILOLOGIA CLASSICA

VOLUME DECIMO pp. 446.

Prezzo di ciascun volume L. 20.